

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius,
Phil. pr. Prof. Ad Exequias Piae Et Honestae Viduae Annae Dargen/ paratas
quadrante post primam pomerid. in templ. S. Petri Omnes Academiae Cives pro
more invitat**


Rostochi[i]: Kilius, 1638


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777439573>

Druck Freier  Zugang



17
Huswedel, J.,
in
A. Dargen,
uxor. B. Scharffenberg.
Rost. 1638.





PROGRAMMA

Quo

Rektor Universitati Rostochiensis,

JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

PIÆ ET HONESTÆ VIDUÆ

ANNÆ *Scharffenberg uel.* Dargen /

paratas quadrante post primam po-
merid. in templ. S. Petri

Omnes Academia Cives pro more
invitat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typ.

Anno M DC XXXIIX,

PROGRAMMA

Quo

JOHANNES HILS-
WEDDELIUS Phil. pr. Prol.

AD RIT. QUINA

ET HONORIS VIDE

ANNE *argenti*

partes quatuor post primum de
medic. in temp. 2. Part.

Widener Akademie Preis pro Honor.



ROSTOCKI.

Typis Nicolai Klein, Aed. Typ.
Anno MDCXXXIX.



36
Ecce mulierem viduam Virgini comitem! Quod si virginem hanc beatam predicamus, quia feliciter in somnum collocata molliter quiescat: quidni viduam hoc somno ei sociatam predicemus, etiam beatiorum? Quanto enim plura viduae eveniunt adversa, praesertim Christianae, qualis haec nostra erat, tanto somnum ei suaviores contigisse arbitrabitur. Quid a viduae expectandum non sit adversi, his praesertim temporibus ab omni misericordia & charitate praesertim erga viduas & orphanos, destitutis? Quid expectandum non sit solitariae, cui vir patronus erat, cui tutor, defensor, qui in adversis erat solatio, in secundis ornamento, cuius radius ea fulgebat, instar sideris, nunc instar sideris in deliquio constituti, nihil aliud, quam dolere amissum lacrimari sortem suam miserari, sibi relictum videt? Quae igitur tot sibi fluctibus adversitatum imminere in hoc procelloso mundo, quae sibi nullam in isto mari portum, nisi in caelo, quo per hanc somni siue mortis januam ascenditur, paratum vel aperitum videt, quid aliud faciat, quam quod Apostolus a vera vidua requirit, ut spem suam in Deum collocet, ut precibus eum divinis, no-

Sturnis in vocet, opem imploret, & hoc unico solatio
se ad afflictam erigat, huius auxilij spe damna sua le-
vet. Ut autem nihil habet in hoc mundo aliud, quod
sibi polliceri certum queat, ista mundi corruptissimi
facie, quam finem arumarum, finem vero istum
nullibi nisi in pia & placida morte queat invenire,
quidni hunc finem qua in venerit, in hoc portu que
naviget hoc somno qua consopita placide quiescat,
cur misera habeatur, cur dolenda, cur non potius
beatissima? Videamus vero, an ex harum censu &
numero fuerit ANNA Dargen/ Humanissimi ac
Doctissimi Viri Dn. M. BERNHARDI
SCHARFENBERGII p. m. relicta vidua. Ea
nata est in urbe Megapolitana PLAVE ante an-
nos quasi unum & quadraginta. Pater ei fuit JO-
CHIM Dargen/ Vir honestus, civis bonæ existi-
mationis, ex pistorum collegio; De matre nihil am-
plius nobis constat nisi quod filia cognominis, haud
dubie honesto ortu & sine justa reprehensione cuius-
quam, fuerit quod, ex laudato talium collegiorum
more, in iis nō ferantur, qua vel ipsa maculam con-
traxerint, vel à parentibus contractam & sibi ad-
spersam habeant. Igitur honeste nata per lavacrū
regenerationis in Ecclesiæ ordinem recepta est, &
cum lacte materni pietatem imbibit, eamq; progres-
su temporis cum aliis virtutibus una exerevit; quod
eo fecit studiosius, quo citius in primis annis ma-
trem

363
trem amisit? ac ne patrem quidem diu superstitem
habere potuit. Parentibus terrenis è medio sublatis
vivere tamen summum illum patrem orphano-
rum, & sibi eam cura esse, res ipsa ostendit, cum di-
vina providentia tutores constituti eam in hanc ur-
bem oblata occasione transferri permiserunt. Hic
vero in primarias adsumta familias, quales erant
Haniorum, Gladviorum & Lemkiorum, ita se-
gessit, istam pietatem, fidem, industriam adhibuit &
exercuit in rebus gerendis & administrandis, quæ
domesticam sollicitudinem & curam postulabant,
ut omnium, quibus cum una erat, favorem & amo-
rem sibi facile conciliaret. & officiosa diligentia quo-
tidie augetet. Nec id solum, sed iisdem & aliis vir-
tutibus effecit, ut Vir Doctissimus M. BERN-
HARDUS SCHARFENBERGIUS, arden-
dentiori amore erga eam incensus, ab ijs, quorum in
potestate erat, eam legitime in matrimonium peteret
ac inpetraret. Nec videbant patroni causam, cur
juveni pio, honesto & erudito, Notario publ. imma-
triculato & postea Ampliiff. Facult. Jurid. in hac
Acad. Secretario, clientam suam virginem pariter pi-
am, honestam bene educatam, rei familiaris peritam
denegarent. Nuptiis Anno Domini 1625. die
Martini rite & castè celebratis, novi conjuges ab eo
tempore simul vixerunt sine querela & jurgio con-
cordes, nec sine amoris premio; Si quidem tres in-


ma-

matrimonio liberos produxerunt, quorum dua fi-
lia non admodum diu superstites fatis concesserunt:
Tertius BERNHARDUS bona indole puer
Certo ad percipiendas literas ac artes ingenio ad-
huc superest spem futurae frugis non exiguam osten-
dens. Florebat haecenus conjugium pro ista sorte me-
diocriter, sed caduco, ut antea flore, ita post ipsa stir-
pe: Viro enim ante septennium Anno 1631. die
25. Octobr. per mortem sublato diremitu est hoc ma-
trimonium, relicta vidua, dolore, luctu, desiderio
erepti mariti plena, aduersitatibus Earumnis quas
partim sustinebat praesentes, partim exspectabat im-
minentes exercita. In hoc statu illa perseveravit,
pietatem coluit, patientiam admodum necessariam
exercuit eamque gemitu pio Ex imo corde profecto
testata est potius quam indignata, quod solent quae ex
in patientia aduersus Deum murmurant; Exer-
cuit alias virtutes Et vitam egit vidua pia, proba
Et honesta dignam, quod omnes testimonio suo con-
firment, qui cum ea versati sunt, eique familiariter in-
notuerunt. Hac ergo pietatis Et patientiae via pau-
latim progressa est. Et ad finem vitae die nudius ter-
tiano, inter tertiam Et quartam matutinam acces-
sit. Cum enim quinque diebus ante, non leuem cor-
poris aegritudinem Et per omnes artus dispersum
languorem persentisceret, oppressa tandem est morbi
im-

39
impetu Ex hac vita in meliorem translata : cuius
desiderium Et precibus, Et gemitu, Et signis aliis de-
claravit, atq; Deum, ut à malo se liberaret, roga-
vit. singulari quadam fiducia, Et voce Amen repe-
tita. inpetrauit. Sanè puerilis filij ætas animum piæ
matronæ sine dubio non parum sollicitum habuit :
verum pater ille orphanorum, ut in matre curanda,
providentiam suam declaravit, ita eandem quoq;
in huius pueri salute vigilantem haud dubiè osten-
det. Plurimis in hoc orphanorum statu relictis
Et humana ope destitutis saluti fuisse accepimus,
quod mortuis parentibus homines piè curam illorū
susciperent, cuius illi compotes. nisi in eam calamita-
tem incidissent, facti non fuissent. Aliis contra
damnosum haud raro fuit, quod parentum supersti-
tium indulgentia corrupti in exitium precipites ve-
nerint. Occulta sunt providentia divina itinera,
nec semper directa, semper tamen bono eventu in
salutem piorum terminata. Videt oculus di-
vinus ac discernit omnia : huic prodest, ut paren-
tes habeat superstites, alij ut non habeat : nec prius
ista Dei providentis consilia deprehenduntur,
quam in rem ipsam cesserunt : ac ne tum quidem
ab omnibus intelliguntur. Quare Et hac vidua
nostra curam istam à se moritura in patrem orpha-
norum rejecit, ei filium commendavit : Qui do-
na-

na vit ei sanitatem corporis, dona vit indolis & in-
genij bonitatem, non discedet ab hoc paterne cura
officio, & porro prospiciet, quod in bonum ei cedat.
Ceterum pia vidua, & pia memoria viro bene de
Facult. Jurid. merito hoc animi grati signum ex-
hibeamus quod in exequiis praesentia nostra ornan-
dis consistit. Eodem, vos quoq; Cives Academici
animo eritis, & ad hujus funeris deductionem
hora prima pomerid. aut semiquadrante post, fre-
quentes convenietis in aede S Petri, eadem opera
salutem & in columitatem nostram Deo Pacis &
belli arbitro commendaturi. P. P. Rosto-
chij, die 14. Decemb. Anno 1638.
sub sigillo Rectoratus.





impetu Ex hac vita in meliorem trans
desiderium Et precibus, Et genitu, Et sig
claravit, atq; Deum, ut à malo se liber
vit. singulari quadam fiducia, Et voce
tita impetravit. Sanè puerilis filij atas
matrona sine dubio non parum sollicitu
verum pater ille orphanorum, ut in mat
providentiam suam declaravit, ita ea
in hujus pueri salute vigilantem hand
det. Plurimis in hoc orphanorum s
Et humana ope destitutis saluti fuisse
quod mortuis parentibus homines piè c
suscipere, cujus illi compotes nisi in ea
tem incidissent, facti non fuissent.
damnosum haud raro fuit, quod parent
tum indulgentia corrupti in exitium pr
nerint. Occulta sunt providentia di
nec semper directa, semper tamen bon
salutem piorum terminata. Vide
vinus ac discernit omnia: huic prodes
tes habeat superstites, alij ut non habeat
ista Dei providentis consilia depre
quam in rem ipsam cesserunt: ac ne t
ab omnibus intelliguntur. Quare Et
nostra curam istam à se moritura in pa
norum rejecit, ei filium commendavi

